

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario
Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam
Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota
Germania militantibus die Nov. 1787 ...**

Klemens <XII., Papst>

[Ettenheimmünster], 1738

Decreta congregationis sacrorum rituum, pro sanctis ad libitum

[urn:nbn:de:bsz:31-120349](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-120349)

Volumus autem, ut earundem præsentium
 literarum transumptis, seu Exemplis etiam
 impressis manu alicuius Notarii Publici subscrip-
 tis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignita-
 te constitutæ munitis, eadem prorsus fides
 ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis
 præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostense. Da-
 tum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem,
 sub Annulo Piscatoris die X. Novembris MDCCXXXVII.
 Pontificatûs nostri Anno Octavo.

I. C. Oliverius.

Decreta Congregationis Sacrorum Ri-
 tuum, pro Sanctis ad libitum.

Sacra Rituum Congregatio habita die 2. Decemb.
 1673. statuit ex mandato Clementis X. Festa
 Sanctorum ad libitum in posterum non esse
 transferenda, si eorum festivitas incidat in
 diem Dominicam, vel aliquem diem festorû
 mobilium, sed tunc illo anno eorum officia

XV

esse omittenda. Quod ipsum postea Clemens
Innocentius Papa XI. in Congregatione habita
24. Januarii 1682. generali Decreto confirma-
vit, et extendit insuper etiam ad Octavas, et
natalitia Sanctorum de præcepto in aliqua
Religione, vel Diœcesi ex indulto Apostolico re-
citanda. Ita, ut ne quidem dictis festis, vel
Octavis festa ad libitum tunc incidentia pos-
sint recitari, sed omitti profus debeant. Per-
misit tamen, ut festum Translatum, quod eodē
aliās eo die celebrandum foret, in alium diem
non impeditum transferatur: item, ut eo-
dem die omitti possit officium semel per heb-
domadam, aut mensē recitandum ex indul-
to Apostolico, ut ita locus sit celebrando offi-
cio ad libitum.

Pro Sanctis in Martyrologio
non descriptis.
Officia Sanctorum ratione corporis, seu insignis